AUGUSTINUS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 128r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26831
Copyright: Admont, Benediktinerstift



128

Hanc ipse insecutus est. Mortuus est pro hominibus orans pro eis quibus crucifige
bat. Iudicis. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Si solus hoc fecit
non erat magister si discipulos non habebat. Sed et discipuli hoc fecerunt. Lapidabat
stephanum. Iugenu flexo ait. Domine ne statuas illis hoc delictum. Amabat quibus
occidebatur. Et qui ipsis moriebatur audi apostolum paulum. Et ipse inquit in pen
dar. pro animabus uestris. Inter illos enim erat. pro quibus stephanus depecabatur quando
eos manibus moriebatur. Perfecta igitur caritas hec est. Si quis tantam habuerit carita
tem ut parat sit pro fratribus etiam mori. perfecta est in illo caritas. Si nunquid mori ut
nascitur iam prorsus perfecta est. Vt proficiat nascitur. cum fuerit nata nutritur.
cum fuerit nutrita roboratur. cum fuerit roborata proficitur. cum ad perfectionem
uenerit quid dicit. Michi uiuere xpc est. Imori lucrum. Optabam dissolui et
esse cum xpo. Multo enim magis optimum manere in carne necessarium propter
uos. Propter eos uolebat uiuere. pro quibus parat erat mori. Et ut noueritis qua
ipsa est perfecta caritas quam non uiolat. In qua non peccat quisquis est erdo. hoc
dnus dicit petro. Petre amas me. Et ille. Amo. Non ait si amas me. obsequere mi.
Quando enim erat dnus in carne mortali. esuriuit. sitiuit. Eo tempore quo esu
riebat et sitiebat suscepti sunt hospicio. ministrarunt illi quod habuerunt de
substantia sua. sicut legimus in euangelio. Suscepit eum hospicio Zacheus. sal
uus factus est amorbo suscepto medico. Quo morbo. auaricie. Erat enim
ditissimus. Princeps publicanorum. Attendite sanatum amorbo auaricie.
Dimidium inquit bonorum meorum do pauperibus. et sicut aliquid tulit quadru
plum reddam. Idem seruauit alterum dimidium. non quod frueretur. sunde debita
solueret. Suscepit igitur tunc medicum hospicio. qui erat infirmitas carnis in
dno. cui hoc obsequium preberent homines. et hoc qui uolebat prestare obse
quentibus. Obsequentibus enim perdebat nullis. Cui enim angli ministrabant
hoc obsequium requirebat. Nec helias seruus ipsius hoc necessarium habebat
aliquando. cum pane i carne per corum mittebat. et tamen ut uidua reli
giosa beneficeretur mittit seruus dei. pascitur auidua. quem dnus in secreto
pascebat. Verum tamen quaquam de his seruis dei sibi prestent qui eos indigen
tia esiderant propter illam mercedem adnno in euangelio positam manifestissime
qui suscipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet. Iqui suscipit
prophetam in nomine prophete mercedem prophete accipiet. et qui dederit calicem
aque frigide uni ex minimis istis tantum in nomine discipuli. amen dico
uobis non perdet mercedem suam. quam uis igitur sibi prestent hoc faciunt. tam
ne hoc poterat puberi ascensuro in celum. Quid illi poterat retribuere
petrus. qua amabat eum. audi quid. Pasche oues meas. i. fac profitibus quod pre
feci. Omnis sanguine meo redemi. Nolite dubitare mori puerilitatis
confessione. ut ceteri uos imitentur. Si hec ut dicimus fratres perfecta caritas est.
quinatus est erdo habet illam. Intendat caritas uestra. uidete quid dicam.